

sciunt; quos non autem aequomst scire neque resciscent
neque scient.

BA. immo etiam qui hoc occultari facilius credas dabo.

30 *Myrrina* ita *Phidippo* dixit iureiurando meo 870
se fidem habuisse et propterea te sibi purgatum. *PAM.*
optumest:

speroque hanc rem esse eventuram nobis ex sententia.—

PAR. ere, licetne scire ex te hodie, quid sit quod feci
boni?

aut quid istuc est quod vos agiti? *PAM.* non licet.

PAR. tamē suspicor:

35 ego hūnc ab Orco mortuom quo pacto . . ! *PAM.* nescis, 875
Parmeno,

quantum hodie profueris mihi et ex quanta aerumna ex-
traxeris.

PAR. immō vero scio, neque [hoc] imprudens feci. *PAM.*
ego istuc sati' scio. *PAR.* an

temere quicquam *Parmeno* praetereat quod facto usu' sit?

PAM. sequere me intro, *Parmeno.* *PAR.* sequor. equi-
dem plus hodie boni

40 feci imprudens quam sciens ante hunc diem umquam. 880

**CANTOR.* plaudite!